



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri apostatæ super actis Ratisponæ

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Plaustra infamationum Buceri, quia est mos Ludderanorum

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

quia non per legitimam vocationem intraftis, sed alifundē
 ascendiftis, ficut fures & latrones. Contextit (ita vult vide-
 ri) hiftoriam actorum: cum autem prima lex hiftoriæ (vt
 Polybius. Polybius inquit) fit veritas, ipfe omnia mendacijs & calum-
 nijs refarfit, vt apertum feci omnibus Apologiam noftrom
 Fol. 236 Bucer mē-
 ritus EC-
 Kii mor-
 suum. legentibus. Tandem vellicādo folia veni ad locum, vbi feri-
 bit me mortuum effe. Vah impudentiam. Incepi diligentius
 legere, quo me mifericors homo honeftaffet Epitaphio,
 vnde craterem mendaciorum inueni apud Bōmolochem
 iftum & famæcidam. At quia crudelis eft, qui famam fuam
 negligit, in gratiam omnium bonorum, & honeftatem a-
 mantium, famam meam contra Eckimaflygen defendā,
 ficut integrum & bonum virum decet.

PLAVSTRA INFAMATIONVM BV-
 CERI iniquarum in Ioannem Eckium.

ECkii falſum testimoniū dedit cōtra libꝛe colloquij
 Eckii ſeipſum ingeſſit importune & Auguſtæ &
 Vuormaciæ.

Imp. eum delegit ad colloquēdum Ratiſponæ, eo quod
 multi arbitrātur cum doctiorem ex Theologis Papiſticis,
 & ſeipſum talem reputat.

Electus eſt etiam contemplatione principis ſui. Alioqui
 ſic notus eſt Eckius ambitionis ſuæ & impuræ vitæ, vt non
 fuiſſet aſſumptus.

Nullus debet manducare panem cum Eckio, id eſt, quia
 tam diu perſecutus eſt euangelium, 2. Sacrilegus eſt ob plu-
 ralitatem beneficiorum, quæ poſſidet & fruitur. 3. Quod à
 pueritia inuerecunde vixit cum mulieribus & compotati-
 onibus, 4. De quibus omnibus non poenituit.

Eckius tractat diuina vane & futiliter, ſolum ad pompā
 & gloriam, ſicut agoniſta ſcholasticus: Id quod grauiter tu-
 lerunt Contheologi Vuormaciæ, & præſidentes Ratiſpo-
 næ

na, & vult videri magnus disputator.

Manifestos abusus Papistarum defendit & excusat quaestus & honoris gratia.

EXPURGATIO ECKII.

Nillus mihi sermo est candidè lector ad eos, qui vitæ meæ institutum & consuetudinem à pueritia in hanc meam ætatem nouerunt, qui non modo vident, sed tangunt apertissimas Buceri calumnias, & quàm impudenter & muliebri impotentia mentiatur. Alios vero, qui nullum habuerunt mecum vitæ commercium, precor per deum cœli & terræ, ne præbeant aures, nec credant calumnijs Buceri ex mera inuidia euerberatis, ac hæresum fauore. Nam vir bonus, honestus & integer non ignorat hoc hæreticorum perfugium. Fugiūt disputationes quàm diu possunt, ne tamen omnino videantur deserere causam suam, ægre disputationem suscipiunt, sed miris conditionibus septam, vt in Baden tota audiuit Heluetia. Imprimis autem cauēt, ne feratur iudicium, vt sic in potestate eorum maneat demeritare plebem strophis verborum, ne videantur victi. Quod si sententia esset lata super disputatione, non possent huiusmodi sycophantijs illudere populo, quia haberent sententiam expressam contra se, nec tamen essent quieti, sicut Donatistæ lata contra eos in causa Cecilianii sententia, iudices calumniabantur, Augustino teste. Sancti quoque Melchiadis Papæ & Martyris iudicium destruere voluerunt, sicut Ludderani Leonis Papæ X. felicitis record. sententiam refellunt.

ECKIUS precatur.

Ludd. cas. lumniose disputat.

Contra Cresco. li. 3. cap. 6.

Ludd. nos lunt disputare.

Omnis itaq; eorū conatus est, ne disputetur, multo magis ne iudicetur. Sic Zuinglius cum cohorte hæretica per annum impediuit disputationem in Heluetijs. Et cum fortissimi viri duodecim Contonum conclusissent disputationē habendam, adhuc non quieuit Ismael, sed constituto me

M ij iam